



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

Epistola VI. Domino piissimo, & præstantissimo David Regi. Flaccus
Charitatis Calamo vulneratus salutem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

Sed tamen, ut cecinit præclarus commate vates,
 Omnia vincit amor: nos quoque vincat amor.
 Descripsi paucis partes, & sidera cæli,
 Te mandante, meo pectore magnus amor.
 Nunc videat pietas, si quid sit, vestra, probandum:
 Pumice radendum an, pagina quidquid habet.
 Iudice te, nullum, si nunquam fallit imago
 lam metuens fugiam, DAVID, in orbe decus.
 Hæc vestro fuerint forsitan si digna favore;
 Mox maiora, reor, incipit ipse senex.
 Si DEVS æternus vita super addet & annos:
 Est bonitas cuius, quidquid habemus opus.
 Chartula percurrrens colles, camposque liquentes,
 Distichon hoc cantet semper in ore suo.
 Exeget, exaltet vestram benedictio vitam
 Cæterni regis, (David) amate DEO.

EPISTOLA VI.

Domino piissimo, & præstantissimo
 DAVID Regi.

FLACCVS CHARITATIS CALAMO
 vulneratus salutem.

GRATIAS agimus venerandæ pietati vestræ, quod
 libellum secundum vestræ iussuonis præceptum vo-
 bis directum, auribus sapientiæ vestræ, recitari fe-
 cistis; & quod notare iussistis errata illius, & remisistis ad
 corrigendum, quamuis à vobis melius emendari potuisset,
 quia alterius iudiciū, in quolibet opere plus sæpissimè valet,
 quàm proprii auctoris. Minus tamè quiddam fecistis, quàm ple-
 nū postulasset charitatis officiū: quod sensus non doctè prolatos,
 vel catholicè exaratos, similiter nolulistis notare; dū quædam
 suspi-

VEGAN
 311
 omg. 172
 81V
 24